



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 12. De Virtute Fortitudinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

C.A.P. XII.

De Virtute Fortitudinis.

2.2.4.123. 1. HÆC est virtus moderativa quarundam p̄fessionum animæ, ut sunt Timor, Audacia, & Tristitia. Duæ primæ passiones regulantur quando malum, quod timetur, absens est: ultima regulatur quando malum est præsens. Et tametsi omni virtute competit fortiter operari, id est, firmari, & impetrare; distinguitur nihilominus hæc virtus ab aliis in hoc: quod id, quod cæteris virtutibus est circumstantia, huic virtuti est objectum: cum fortitudo inclinet ad operandum fortiter, ex affectu & amore ipsius Fortitudinis. Quod si enim alio interveniret motivum, exempli gratiæ, si qualis fortis esset, fortiterque ageret in periculis mortis propter amorem Patriæ: esset actus Justitiae legalis: si propter veritatem Fidei, aut propter gloriam Dei: esset actus pariter Fidei & Charitatis. Ratio hæc ius veritatis est, quia juxta rectam rationem competit statui & conditioni cuiusvis homini, non ut non sit, neque nimis timidus, neque nimis audax, neque in occasionibus patienti eidem occurrentibus nimium contristeretur; sed quantum secundum rectam rationem judicatur esse conveniens: & hoc est objectum materiale hujus virtutis. Formale inde est ex affectu & motivo Fortitudinis: nam, si quis operetur fortiter ex affectu vanagloriarum vel audacia; non est virtus Fortitudinis; sed vanitatis, ut constat in provocantibus se ad ducendum.

2.2.6. 2. Tres sunt actus principales virtutis hujus. Primus est, Firmare voluntatem in bono ratione, contra omnia mala imminentia. Et si contra maximum inan-

ut mons ; dicitur fortis simpliciter : si firma-
menta minora mala ; dicitur fortis secundum
Secundus actus est , Sustinere mala immi-
nia. Tertius est , Aggredi. Secundum S. Tho-
mas , sustinere & tolerare malum est principalior
in Fortitudinis ; quam illud prævenire & impe-
re : quia est actus difficilior , in quaorum persona
patitur & mala præsentia , & diuturniori tem-

ur , quam
a regulare
omni viam
c. vixit ab
irritando est
: cum op-
er ex afflu-
entia ad
si quisque
culis mortis
tuz legalis
lacionem Dei
Rano de
onem con-
inde fons
te nimis ac-
dem occur-
n secundum
s : & hoc
ormale de
dnu : an-
vane glori-
sed virtute
se ad doce-
huius. Pri-
enu, can-
summa-
tientis.

lum inter omnes actus enumeratos Fortitudinis,
supralimetus est actus Martyrii : Et est Fortitu-^{q. 114. a. 2.}
s, ut eliciens: Charitatis , ut imperantis. Ubi
procedet , quod , quamvis Martyrium , quod ad
miseriam mortis passionem , & quod ad moderatio-
nem affectionum internorum , Timoris , & Tristitiae ,
procedet ex affectu Fortitudinis : sed ex affectu
aliorum virtutum , v. g. Fidei , ut attestatur ,
ut etiam aliquam veritatem revelatam . quod sit
conveniens propter Fidem , vel propter aliam quan-
tum virtutem a Fide nobis traditam : aut procedet ex
affectu Charitatis , v. g. si quis moreretur , ut pla-
ceret Deo , & propter Amorem Dei : vel procedet ex
affectu Obedientie , v. g. si moreretur , ut adim-
iseret preceptum Dei : tametsi , inquam , desulet
aliorum virtutis Fortitudinis , nihilominus hi actus
pellentur actus Fortitudinis : quia essent in ma-
ria Fortitudinis , quæ consistit in tolerancia & pa-
cione Mortis.

Causa hujus virtutis est consideratio. Etenim hac
mediante appetitus superior regulat inferiorem , ^{1.2. q. 17.}
considerando , quanta bona in se comprehendat pati-
re morte propter gloriam Dei . & ad quinque redu-
cuntur capita : primò , ut perficiat voluntatem Dei ;
secundò , propter exemplum Christi : tertio , propter
premium : quartò , propter amorem virtutis : quin-
to , ut fugiat periculum offensæ Divinæ , alia cum
misericordia hujus vita. Ultra considerationem
intellexus , debemus etenim divertere , quantum
potest , imaginationem ab apprehensione mali

S.Thom.

4. Ut bonus virtutis hujus habatur usus, In-
titudo acquiratur in periculis, & ne plus, quamque
timeatur mors, regulandus & rectificandos ei-
mor, à quo Timor dependet. Quia ut docet D.^r
gelicus: *Timor inordinatus ex Amore inordinate-*
nihil timetur, nisi sit contrarium ei, quod am-
Timetur malum corporis, quia amat corpus, &
plus timetur damnum corporis, quam damnum anima-
quia amore inordinato plus amat corpus, quam
anima. Igitur, si desideres Timorem tuum effe-
gulatum; regula & rectifica quoque Amorem tuum,
non amando te ipsum, nisi isto cum ordine, quem
recta ratio, & Sancta Fides docet, nemp̄, in Deo
& propter Deum. Ulterius, quia malum per se
non est appetibile, nisi in quaorum est causa aliorum
boni; ut eximia cum Fortitudine mala, quæ nos affi-
gunt, sustineamus, attente consideremus bonum, &
præmium æternæ Gloriæ, ex hujusmodi passionibus
proveniens. Hoc modo faciebant Sancti Marcelli,
*qui, ut notat Angelicus, Sustinebant personales pa-
cutiones propter summum bonum: juxta doctrinam*
*Aristotelis: *Fortitudo est virtus tolerativa, gratiosa.**
Quam ob causam consideratio præmij, & exempli
*Passionis C H R I S T I optimi medium est, ut di-
ximus, ad bonum usum virtutis Fortitudinis. Hoc*
idem medium consulit Oraculum Divinum in Isaï:
*In silentio & spe erit Fortitudo vestra. Fortes pa-
tesque eritis in sustinendis doloribus & tormentis; illa-
que ulla querela; quotiescumque æternæ retribuções*
spem habueritis.

Denique, propter hanc virtutem magis, quam
propter reliquas, continuo orationis exercitio nobis
incumbendum est, ac petenda Fortitudo in passione,
si non cum gudio & lætitia, ad minus cum pa-
cientia: ac dicendum Deo: *Auge dolorem,*
auge & patientiam.

J. Aug.

CAP.